



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Polycarpus Ep. M. 26. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

26. Ian. VITÆ SANCTORUM. 67

*Tristatur aliquis? veniat in cor ejus
JESUS & inde saliat in os, & ecce ad
exortum nominis lumen, nubilum omne
diffugit, & redit serenum. Labitur quis in
crimen, currit ad laqueum mortis, nonne
si invocet nomen vitæ, respirabit ad vitam?
S. Bern. serm. 15. Cant.*

S. POLYCARPUS EP. M. 26. Ian.

Antistes Smyrnensibus POLYCAR-
PUS à Divo Joanne Apostolo datus
est, eâ apud omnes fuisse auctoritate
memoratur, ut subinde sperare ausi sint
Judæi, Christianos, misso Christo,
POLYCARPUM secuturos. Libertate
quàm Christianâ in dicendo fuerit, ar-
gumento ejus cum Marcione hæretico
congressus, qui cum ad conspectum
suum exhorrescere Divum videret, auda-
ciâ linguam armante, *Nosce nos*, ait *ama-
bo*. At POLYCARPUS, vultu ad severi-
tatem composito, id tantum respondit,
Nos si equidem primogenitum Sathana.
Cæterum Romæ cum degeret, divini-
tùs de morte suâ edoctus, lictoribus ob-
viam progreditur. Sub pugnae initium
voce è cælo animatur, jamque Christo
malè jussus dicere: *Qui*, inquit, *malè*
illi possum dicere, qui ipsos LXXX. an-
nos famulanti sibi mali nil fecit un-
quàm? Ergo ad rogum damnatur. Sed
virtutem ipse absolvit ignis, dum tangere

E 2

veri-

veritus structâ velut è flammis portio
 ambit innocentem, nec jam lædit, se
 regit, suavissimum interim in adstante
 odorem ejaculatus. Ad extremum gla
 dio confossus sanguine ignem extinxit
 nobili nimbo, & quem vel suis imbribus
 cælum præfert. *Ex Surio.*

*Quando tu hodie in mundo constitutus
 & cras tribunali Dei præsentandus audes
 blasphemiam proloqui? & non metuis
 fortè ignis de cælo descendat & te devoret,
 tuum os adversus omnipotentem aperis,
 neque vereris ne terra sub te disrumpatur
 & te absorbeat? S. Ephrem paravit
 83.*

S. JOANNES CHRYSOST. EPISC.
 27. Iannarij.

CHRYSOSTOMUM laudibus suis
 pingat alter Chrysoftomus; nos um
 bram damus. Nondum Pontifex Byzan
 tinus erat JOANNES, cum in ejus con
 spectum se dedit Apostolorum Princeps
 D. Joanne Evang. comite, & sanctio
 ris potestatis ac magisterii indices claves
 illi ac librum obtulit. Et verò quid mi
 rum, si hoc Doctore etiamnum orbis gau
 deat, qui præceptorem magnum Pau
 lum, imò eundem cum Paulo magistrum
 Spiritum S. habuit? Nam hunc obvo
 litantem capiti suo, dum sacris ope
 raretur, conspexit ipse; illum dum ad
 gressus